

Ueteres Lis¹⁸⁾ curtilia et terrę arabiles, apud Busserias¹⁹⁾ mansus unus cum districto et terra arabilis, dimidium predium de Gatineis²⁰⁾. In pago de Hainau²¹⁾ Villerellum²²⁾ totum et ecclesiam et altare liberrimum ab omni [ex]actione preter XII denarios. Terram quoque de Vehut²³⁾ cum districto toto. In Bracbatensi²⁴⁾ pago ecclesiam de Melin²⁵⁾, item villam, que vocatur Nivvehoua²⁶⁾ et ecclesiam et altare liberum ab omni debito preter XII denarios. In pago Lethgii²⁷⁾ altare de Villanis²⁸⁾. De his itaque privilegium fieri precepi et propria manu firmavi (M. F.)^{c)}. Quod quidem ut firmum atque inconvulsum in perpetuum [maneant] precatu meo et obtentu regalis impressione sigilli roboratum est atque signatum. Vos itaque successores mei pontifices rogo et obsecro in nomine domini nostri Ihsu Christi redemptoris et salvatoris nostri, ut pro eius amore huic incepto operi misericordię vestrae ma[un]u porrigatis, ut, quemadmodum ego cum antecessore meo desideratam expecto mercedem, sic et vos pro tali opere ad aeternam requiem pervenire mereamini post laborem. Quicumque ergo huic coenobio de concessis et concedendis aliquid subripere voluerit et regia[e] firmitati contraire temptaverit, hic a corpore et sanguine domini et communione pacis alienus fiat et, nisi resipuerit et ad satisfactionem venerit, aeternae m[aledi]ction[i] cum diabolo et angelis eius dampnandus sine fine subiaceat.

Ad huius vero privilegii tenorem inviolabiliter conservandum testes idoneos pre[cep]imus subtitulari. Signum Walcheri archidiaconi. Signum Gerardi prepositi et archidiaconi. Signum alterius Gerardi archidiaconi. Signum Franconis archidiaconi. Signum Warmundi archidiaconi. Signum Wi[d]onis archidiaconi. Signum Cristiani militis. Signum Iohannis militis. Signum alterius Iohannis militis. Signum Eilberti militis. Signum

¹⁸⁾ Viesly, Dép. Nord, Arr. Cambrai.

¹⁹⁾ Boussières-en-Cambrésis, Dép. Nord, Arr. Cambrai.

²⁰⁾ Gattegnies, Dép. Nord, Arr. Cambrai, Com. Bertry.

²¹⁾ Hainaut (Hennegau).

²²⁾ Villereau, Dép. Nord, Arr. Avesnes-sur-Helpe.

²³⁾ Wult, Dép. Nord, Arr. Avesnes-sur-Helpe, Com. Villers-Pol.

²⁴⁾ Brabant.

²⁵⁾ Meslin-l'Évêque, Prov. Hainau, Arr. Ath.

²⁶⁾ Nieuwenhove, Prov. Oost-Vlanderen, Arr. Aalst.

²⁷⁾ Lüttich.

²⁸⁾ Violaines, Dép. Pas-de-Calais, Arr. Béthune.

c) Königsmonogramm Heinrichs IV., vgl. oben S. 413.